e-codices

Dedit huic atq; hominem exornauit mulierem qui abduceret
Nam illam eplam ipſus uerus harpax huc ad me adtulit
Har Harpax ego uocor. ego ſeruus ſum macedoniſ militis.
Etiam ne ſicophantioſe quicq̄ ago nec malefice
Neque iſtum pſeudolum mortalis qui ſit noui neq; ſcio
Si Tu niſi mirum eſt Leno plane perdidiſti mulierem
bal Edepol ne iſtuc magiſ magiſq; metuo cum uerba audio
Si Mihi quoq; edepol iam dudum ille ſyruſ cor perfrigefacit
Simbolum qui hoc accepit mira ſt pſeudolus eſt
Echo tu qua facie fuit dudum cui dediſti ſimbolum.
Har Rufus quidam uentrioſus craſſus ſubniger
Magno capite acutis oculis ore rubicundo admodum
Magnis pedib; Si perdidiſti poſtq̄ dixiſti pedeſ
Pſeudolus fuit ipſus. actū ſt. bal idem et morior ſymo
Si Hercle haud te ſinam emori niſi argentum mihi reddit
Viginti minae. Har atque et mihi alię uiginti minae
bal Auferetur id premium a me quod promiſi per iocum.
Si De improbis uiris auferri premium & predam decet
bal Saltem pſeudolum mihi dedas. Si pſeudolum ego dedam tibi
Quid deliquit. dixin ab eo tibi ut caubereſ centieſ.
bal Perdidit me. Si at me uiginti modicis multauit minis
bal Quid nunc faciam. Har ſi mihi argentum dederis te ſuſpendito
bal Di te perdant ſequere ſis me ergo hac ad forum ut ſoluam
Har Sequor. ba Quid ego peregrinam abſoluam. cras agam cum uicibuſ
Pſeudolus mihi centuriata hūit capitis comitia
Qui illum ad me hodie adlegauit mulierem q abduceret
Sequere tu nunc ne expectetis dum hac domū redeam uia
Ita reſ eſt angiporto hoc certum ē conſectarier
Har Si graderere q̄tum loquere iam iſſes ad forum
bal Certumſt mihi hunc emortualem facere ex natali die

SIMO.

Bene ego illum tetigi bene aūt ſeruos inimicū ſuum
Nunc mihi certum eſt alio pacto pſeudolo inſidiaſ dare
Q; in aliiſ comoediiſ fit ubi cum ſtimulis aut flagriſ
Inſidiantur. at ego iam inultus promam uiginti minas
Quaſ promiſi ſi effeciſſet obuiam ei ultro deferam

Licenza: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 185r – Plautus, Comedies
(http://www.e-codices.ch/it/fmb/cb-0138/185r)